



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caout, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puer mortuus antequam natus vitæ restituitur, acbaptisatur voto beatæ
virgini per matrem emisso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

PVER MORTVVS ANTEQVAM

natus vitæ restituitur, ac baptisatur,

voto B. virginis per matrem

emisso.

MIRAC. V.

ANno supra millesimum quingentesi-
mo quinquagesimo quarto insigne
hoc quod sequitur miraculum Lauduni con-
tingit: Si quidem mulier quædam vterum ge-
stans cum partus tempore adueniente quatuor
dierum spacio foetum in lucem edere non
posset, omnibus medijs ac remedijs humanis
vadequaque diligenter à se exploratis, cum
nullū sui mali leuamen experiretur, propterea
que maximis premeretur angustijs & dolori-
bus, confestim postea ad sacratissimam Vir-
ginem Mariam Exhilaratricem tanquam ex-
tremum mali sui perfugium recurrit, seque
sacratæ eius ædiculæ peregrinam deuouit.
Quo facto mulier subito à puerperij acutissi-
mis doloribus & pressuris euasit libera: verū
puerō in hunc mundum nato nullum vitæ
vestigium elucebat, sicque exanimis quatuor
horarum spacio infans permansit. Quod ma-
ter conspiciens, flexis genibus iunctisq; ma-
nibus, ac eisdem in cœlum subleuatis, Dei
matrē orauit, quatenus precibus suis filio suo
vitam & baptisimi gratiam impetrare digna-
retur, & in tanti beneficii gratam memoriam
sacrum

facrum solemne coram imagine B. Marię Exhilaratricis decantari curaret, simulque in honorem sanctissimę Trinitatis cereum trium pondos offerret. Hac sua oratione completa (suo misericordia & potentia Dei ac Marię eius immensa) puer corporis motibus incepit vitę signa certa præbere, sicque postmodum meruit baptismi gratiam salutariter suscipere.

DAEMONIACVS QVIDAM VREVIENSIS ab op. pressione 27. demoniorum liberatur in ecclesia Beate Marię Exhilaratricis.

MIRAC. VI.

Pio quarto. & post eum Pio quinto Romano Pontificibus, nec non & Carolo huius nominis nono Gallię Rege Christianissimo anno 1565 Nouembri die tertio circiter horam 3. pomeridianam accidit in ciuitate Vreuinensī feminā quandā iuuenulā nomine Nicolaā Aubry annos 15. vel 16. solūmodo natam Petri Aubry ac Catharinę Villot filiā: accidit, inquam, ei (sola cum esset in ecclesia pro defunctis pijs ad Deum fundens preces poplite flexo supra aui sui Ioachimi Villot tumulum) apparuisse vmbriam quandam spectie præferentem hominem linteis, ad modum hominis sepulti, circumuolutum, tribus